Sobrietas est quaedam specialis virtus, qua removens speciale rationis impedimentum ex nimio potu proviens, 2, 2, quest. 149, art. 10. *Productio.* Quantum malorum auctor est ebrietas, tantorum et diverso bonorum sobrietas. *De his verbis: Resipuit Noe.*

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS. 1. Habet suas habenas mentis sobrietas, quibus regitur et gubernatur. Lib. 1, *Offic.*, cap. 3.

2. Bonum est sobrietas, quia peccatum ebrietatis. Lib. 10, epist. 82, *ad Verceles. Ecclesiam.*

3. Mens sobria passiones omnes cohibet, sensus gubernat, sermonem regit. *De Noe et Arca*, cap. 14.

4. Sobrietas mentis, medicina est corporis. *Ibid.*

S. AUGUST. 5. Ornet mores tuos sobrietas et frugalitas. Epist. 182, *ad Bonifacium.*

6. Quid tibi prodest sobrietas, si vitia ebrietatis exerceas? *De bona disciplina*, cap. 8.

7. Sobrietas perseverantia, inestimabilis est animi fortitudo: omnes eam virtutes, et omnes laudum semper tituli concupiscunt, quia sine ipsa ornari aut placere non possunt. Cap. 1.

8. Sobrietas est castitas sensus et mentis, membrorum omnium corporisque tutela, castitatis pudicitiaeque munimen, pudori proxima, amicitiae pacisque serva, honestati semper conjuncta, criminum vitiorumque omnium profuga, recti iudicii tenax, memoriae recordationisque inseparabilis sapientia, secretorum custos, arcani velamen, lectionum et doctrinae capax, studiorum et artium bonarum disciplina pariter et magistra, ingeniorum capiendorum pedissequa, bona fame semper avida, in cogitationibus salubria atque utilia creans, virtutis singulare auxilium, cuncta cum ratione disponens, in congregatione honestorum seipsam semper ingerens. *De Sobrietate*, cap. 1.

9. Sobrietas temeritatem fugit, pericula cuncta declinat, mutuis officiis obtemperat, superbiam detestatur, domum familiarumque cum moderatione gubernat, fidem sibi committentibus servat. *Ibid.*

10. Debet congrua observatione sobrietas cum sacerdotali affectu certare, quia qui non sobrius accesserit ad divinae majestatis altarium, sentiet immatura mortis interitum. *Ibid.*

11. Sobrietas non in sola integritate carnis consistit sed etiam in cultu et ornatu, vita pariter et moribus consistit. Serm. 2, *Dom. 24, post Trinit.*, etc.

12. In mente sobria sermo efficacior est, pinguior oratio, frequentior lectio, et ferventior affectus. Serm. 26, super *Can.*

13. Si manducas, mensam tuam sobrietas perornat. Apud D. Antonin. part. 4, tit. 4, cap. 4, § 2.

14. Quod cum sobrietate sumitur, sapit suavius, sumitur jucundius, reficit salubrius, minus

gravat stomachum et facilius digeritur, et minus peccatur, et est honestus et religiosus. Lib. 2, *de Profectu Relig.*, cap. 47.

15. Sobrius agilius est ad bonum, castior est, magis cautus in lingua, promptior ad devotionem, et purior est in affectu. *Ibid.*

16. Si sobrietatem volumus diligere, ebrietatem quasi foveam inferni debemus longe refugere. Homil. 20.

17. Tutissimum cordis munimentum est sobrietas, cum instanti oratione, iugique Scripturarum meditatione. *De duplici Martyrio.*

18. Sobrietatem custodit, quisquis mores suos vilanque componit. Lib. 1, *de remis. peccator.*, cap. 28.

19. Plures sunt, qui cum vino sint sobrii, eborum largitate sunt ebrii. Epist. 22, *ad Eusebium.*

20. Tanta sit in sumendo cibo sobrietas, tanta talisque parcitas; ut venter potius conquaratur, quam gaudeat. In *Regula monachor.*, cap. 37, *de Cibis.*

21. Nihil est quod nobis obesse potest, modo sobrii simus. Homil. 30, super *Gen.*

22. Ubi sobrietas luget, ibi pax, ibi unanimi-tatis abstinentia coronatur. Homil. 1, super *Psal.* l.

23. Vis acquirere sensum et sapientiam? sobrietas tibi necessaria est. *Prose.*

24. Vis habere animae salutem, imo et corporis? opus est tibi sobrietate.

25. Vis placare Deum, et de praeteritis peccatis salutarem agere penitentiam? sume sobrietatem.

26. Vis servare justam tuam hereditatem in paradiso? sobrietas necessaria est.

27. Vis claudere portam omnibus vitii? amplectere sobrietatem. Serm. *Dom. 1, Quadrag.*

28. Sobrietas ab igne luxuria proteggit. *De li-gno vita*, tract. 11, *de Sobriet.*, cap. 3.

29. Sobrietas mentem regit, ne a sui soliditate deficiat. *Ibid.*

30. Felix plane sobrietas et salutaris, quae quanto copiosius sumitur, tanto abundantius crescit. *Ibid.*

31. Cum moderata et sancta sobrietas sit, ita corpus attenuat, ut mentem elevet et regat.

32. Sic prorsus necesse est, ut artem sobrietatis quisque teneat, quatenus non carnem, sed vitia occidat. *Prose.*

33. Saepo enim dum in illa hostem insequimur, etiam civem quem diligimus, trucidamus: et plarumque dum quasi concivi compatimur, ad praerium hostem nutritimus. Propterea mediocis et sobrius cibus, et carni et animae utilis est. *Ibid.*

S. JOANNES CHRYSOST.

S. AMBROS.

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

S. MAXIMUS EP. TAUR.

S. AUGUST.

RICHARD A S. VICTORE.

ARISTOTEL.

CATO PONT.

CICERO.

SIXTUS PHILOSOPH.

S. THOMAS AQUINAS.

S. BONAV.

HUGO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

S. THOMAS AQUINAS.

PHILO THE.

S. BONAV.

S. CESARIUS ARLIAT.

S. CYPRIAN.

S. FULGENT.

S. HIERON.

S. JOANNES CHRYSOST.

JOAN. GREG.

S. LAURENTIUS JUSTIN.

34. Beata mens, quae peregrinationis suae tempora, casta sobrietate transcurrit, et in iis per quae necesse est eam ambulare non remanet, ut hospita magis quam domina terrenorum, nec affectibus sit innixa humanis, nec promissionibus desit divinis. *Serm. 2, Quadrag.*

35. In victu parco, fit animus prudens: in lauto, mens in profundum demergitur. *Orat. 4, de Gula.*

36. Ad sobrietatem rerum temporalium moderator usus pertinet, necessitati satisfaciens, non serviens voluptati. *Epist. 132, ad Quendam Abbat.*

37. Assuetum jejuniis corpus, sobrietas roborat. *Opusc. 12, cap. 25.*

38. Sobrietas castitatis presidium. *Opusc. 49, cap. 2, in tit.*

39. Unum est ut sobrietas quotidie tibi omnes sit individua; nec aliquando a te gula pruriente, divulsa. *Ibid., cap. 2.*

40. Si vis inter delicias sub sobrietatis legibus vivere, cave quoque inter ipsa simplicia alimenta elacitatis frenata laxare. *Ibid.*

41. Sobrietas non solum animabus, verum etiam corporibus, omnium confessione, utilissima est. *De verb. Rescript. Noe.*

42. Quid sobria mente praestantius est? quae gloria? quae divitiae? quod robor? quae potentia? denique quid aliud ex his quae mirantur homines?

43. Sensus quos dicuntur crassos efficere, vel gravare congestae deliciae, consuetudo parcitatis exonerat, et velut a quadam politura religiosae exercitationis attenuat. *Lib. 2, de vita Contempl., cap. 22.*

44. Illi magis parcimoniam servare censendi sunt, quibus non aliarum rerum perceptiones, sed delectationes corporis interdiciunt. *Ibid., cap. 23.*

45. Disruptum ganea stomachum, nulla sarcire res melius, quam parcimonia solet. *Lib. 2, epist. 9.*

46. Sobrietas maxime requiritur in juvenibus, in mulieribus, in senibus, in episcopis, seu quibuslibet Ecclesiae ministris, in regibus. In juvenibus, quia viget in eis concupiscentia delectabilis propter fervorem aetatis; in mulieribus, quia in eis non est sufficiens robor mentis, ad hoc quod concupiscentiae resistent; in senibus, in quibus ratio debet vigere ad aliorum eruditionem; in episcopis, seu quibuslibet Ecclesiae ministris, quia mente devota debent spiritualibus officiis insistere; in regibus, quia per sapientiam debent populum subditum gubernare. *2, 2, quaest. 149, art. 5.*

47. Sobrius victus et potus, sanitas est animae et corporis. *De discipl. claustr., cap. 12.*

S. LEO I.
S. NILUS.
PETR. BLES.
S. PETRUS DAMIANUS.
PHILO JUD.
S. PROSPER.
S. SIDONIUS EPISCOPUS.
S. THOMAS AQUINAS.
THOMAS A KEMPIS.

48. Nisi quis sobrius fuerit, ministerium suum implere non poterit. *Epist. ad Monachos.*

49. Sobrie vivamus, quia per sensus corporis nostri etsi non velimus, fures ingrediuntur: quomodo enim potest non fescari domus, si fumus exterior ascendens fenestras apertas invenit? *Lib. 5, libell. 12, num. 32.*

50. Nisi exterior noster homo se sobrie gesserit, impossibile est custodire interiorem. *Ibid., num. 46.*

51. Eruditio juvenibus sobrietas est, senibus solatium, pauperibus divitiae, divitibus ornamentum. In suis *Sentent., sent. 13.*

Vide etiam tit. *Castitas*, in productione; *Deliciae sent. 62; Ebrietas, sent. 17, 18, 105; Sanctitas, sent. 46; Vinum, sent. 40, 59; Virginitas, sent. 15.*

SOCIETAS.

Definitio. Societas est duorum unius animus in duobus corporibus propter vim amoris constitutus. *Lib. 3, de Sum. bono, cap. 28, sent. 3.*

Triplex est societas; quaedam turbans et impediens, sicut societas malorum; quaedam subsidio et solatio indigens, sicut societas uxorum et infirmorum; quaedam adjuvans et promovens, sicut societas perfectorum. Prima est fugienda; secunda est toleranda; tertia est appetenda. *Super Ecclesiasten, cap. 4.*

SENTENTIAE PATRUM.

1. Fugienda est insipientium societas, etsi aliqua generis copulenter necessitudine. *Prosee.*

2. Noxiae sunt enim societates cum insipientibus, et inficiunt sobriam mentem ac deolorant. *Lib. 1, epist. 4, ad Irenaeum.*

3. Non turbatur navis, quae Petrum habet, turbatur illa quae Judam habet: etsi multa illic discipulorum merito navigabant, tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat: in utraque Petrus, sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. *Prosee.*

4. Caveamus igitur perfidum, caveamus proditorem, ne per unum plurimi fluctuemus. *Lib. 5, super Luc., cap. v.*

5. Societas Christi, esca est Christiani. *Serm. 6, de Pentecoste.*

6. Hoc valde gloriosum est, cum aliquis bene agit inter male agentes, ubi male agere consuevit. *Part. 2, tit. 3, cap. 4.*

7. O nimis inimica amicitia, seductio mentis investigabilis: eum dicitur: Eamus, faciamus, et pudet non esse impudentem. *Lib. 2, Confess., cap. 9.*

8. Perfectorum virorum consortio fruere. *De salutar. docum., cap. 44.*

S. VALE. EPISCOPUS.
IN VII. PATE.
EUGENI.
S. ISIDORUS HISPALENS.
S. DONAY.
S. AMBROS.
S. BERNARD.
S. ANTONIN.
S. AUGUST.

9. Cum malis hominibus nulla tibi sit commo- xio, si non valeas, Domino miserante, eos ab errore suo revocare. *Ibid.*

10. Duobus modis non te maculat malus, si ei non consentias, et si redarguas: hoc est non communicare, non consentire. *De verb. Dom., serm. 18.*

11. Majus malum in separatione bonorum committimus, quam in malorum commixtione fugimus. Et hab. in *Glossa ord., super Epist. 11 ad Cor., cap. 6*, in illud: *Et separamini*, etc.

12. Communio malorum non maculat, sed consensio factorum. Et hab. apud Gratianum in *Decretis*, part. 2, causa 23, quaest. 4, can. *Si quis.*

13. Quærentes licentiam male faciendi, quærent sibi exempla male viventium, et multos infamant, ut socios invenisse videantur. *Serm. 2, de Communi vita clericor.*

14. Perpurgate animæ est societatem humanam magnipendere. *De quant. animæ, cap. 33.*

15. Omnes Deum pietate sectantes, ad unam pertinent societatem. *De Catechis. rud., cap. 19.*

16. Major societas debet esse nobis cum philosophis, quam cum poetis. *Lib. 6, de Civit. Dei, cap. 6.*

17. Humana societas quot et quantis abundat malis, quis enarrare valeat, quis æstimare sufficiat? *Ibid., lib. 19, cap. 5.*

18. Sociale quoddam est humana natura. *De bono Conjug., cap. 1.*

19. Societas amicebilis magnum bonum est. *Ibid., cap. 9.*

20. Omnis societas fraudulentum socium naturaliter non vult. *Lib. 1, de Nuptiis, cap. 4.*

21. Salus nulla est, nisi in societate Dei. *Tract. 1, super Epist. Joann.*

22. Peccata aliorum, bonorum societatem maculare non pòssunt. *Lib. 4, contra Crescon., cap. 26.*

23. Si propter Deum vitaris societatem virorum, per Deum habebis societatem Angelorum. *Serm. 58, ad Sororem.*

24. Non mediocriter titulus virtutis est, inter praves vivere bonum, et inter malignantes innocentia retinere candorem, et morum lenitatem. *Serm. 43, super Cant.*

25. Non terret celsitudo, quam societasimiliduo. *Ibid., serm. 85.*

26. Inter bonos bonum esse, salutem habet: inter malos vero, et laudem. Illud tante facilitatis est, quante et securitatis: hoc tante virtutis, quante et difficultatis. *Epist. 25, ad Hayonem archiep. rothomagens.*

27. Amabilis socius, omnibus est officiosus, et nulli onerosus. *Lib. 28, cap. 4.*

28. Vere ille homo est laudabilis, qui in societate malorum est bonus. *Serm. 60, ad Sororem.*

29. Sicut ille est culpandus, qui malus est inter bonos: ita ille est laudandus, qui bonus est inter malos. *Ibid.*

30. Si vis bene vivere, malorum societatem declina. *Ibid.*

31. Bonis te conjunge, bonorum consortium appetite, bonorum societatem require. *Ibid.*

32. Si fueris bonorum socius, conversacionis eris et virtutis. *Ibid.*

33. Periculosum est vitam cum hominibus malis ducere, perniciosum est vitam cum his, qui prave voluntatis sunt sociare. *Ibid.*

34. Melius est habere malorum odium, quam consortium. *Ibid.*

35. Sicut multa habet bona vita communis Sanctorum, sic plurima mala affert societas malorum. *Ibid.*

36. Ut probis atque improbis, nullam foedus sit; ita ipsi inter se improbe conveniunt convenire. *Lib. 4, de Consolat. philos., pross. 6.*

37. Qui est in societate, necesse est, quod sit sollicitus quomodo se conformet societati. *Super Ecclesiasten, cap. 4.*

38. Mala societas in celo perdit gloriam, in mundo addit culpam, in inferno cumulat penam. *Serm. 3, Dom. 3, post Epiph.*

39. Remedium est, quem converti velle non videris, vitare si possis. *Super Psalm. cxviii, vers. Declinate a me maligni.*

40. Consortes et participes alienorum delictorum fiunt, qui fuerint delinquentibus copulati. *Epist. 68, ad Clerum et plebem in Hispania.*

41. Societas parum valet, ubi non est foedus: nec amor. *In Speculo Eccles., cap. 28.*

42. Nullum sit unquam cum vitis foedus: sic diligatur homo, ut ejus vitium odiatur. *Epist. ad Donase. Papam de morte D. Hieron.*

43. Nil tam nocet homini, quam mala societas: talis enim efficitur homo, qualium societas fructur. *Ibid.*

44. Sicut mala nocet societas, ita bona prodest: nihil potest huic comparari thesauro, qui bonam invenit societatem, vitam invenit divitiis affluentem. *Ibid.*

45. Societas inter bonum et malum contrahi potest, ut tamen ex societate boni, malus edificetur. *In Decret. Gratiani.*

46. Perversi similium societate gaudent. *Super Gen., cap. 21.*

47. In bonis nihil debet apparere quod contractum fuerit ex malorum societate. *Ibid., cap. 35.*

BOETIUS.
S. BONAY.
CASSIODOR.
S. CYRILIAN.
S. EDMUND.
S. EUSEBIUS CESARIENS.
GLOSS. DECR.
GLOSS. INT.
GLOSS. ORD.

S. GREGOR.
MAGNUS.

48. Res immensi preconiis est, inter malos laudabiliter conversari. Lib. 1, *Moral.*, cap. 4, in titulo.

49. Unum est pro quo vitari societas debet malorum, ne si fortasse corrigi non valeant, ad imitationem trahant: et cum ipsi a sua malitia non mutantur, eos qui sibi conjuncti fuerint, pervertant. Homil. 9, super *Ezech.*

50. Ipsa malorum societas, purgatio bonorum est. Lib. 9, in *Registro*, indict. 4, cap. 39, epist. 39, ad *Theostitum Patricium*.

51. Perfecti viri perversos proximos non debent fugere, quia et eos saepe ad recititudinem trahunt, et ipsi ad perversitatem nunquam trahuntur. *Prosec.*

52. Infirmi societatem debent fugere malorum, ne mala quae frequenter aspiunt, et corrigere non valent, delectentur imitari. Homil. 9, super *Ezech.*

53. Qui sancto viro adhaeret, ex ejus assiduitate visionis, usu locutionis, exemplo operis, accipit ut accendatur in amorem veritatis, peccatorum suorum tenebras fugat, et in desiderio divinae lucis ardescit. *Ibid.*, homil. 5, super illud: *Et similitudo avinatum*, etc.

S. GREGOR.
NAZ.

54. Consortia non parum, vel ad virtutem, vel ad improbitatem occasionem praebere solent. Orat. 6, in *Funere Casarii Fratr.*

55. Prudenter illi faciunt, qui dum vivunt, societati sese accommodant, ex qua quae sunt optima lucrifaciunt. *Prosec.*

56. Etenim ubi duo viri in rem eandem recte incumbunt, etiamsi alteri ex ipsis accidat aliquid incommodi, non tamen parum ex eo habet auxilii, quom in re eadem socium est nactus.

57. Est autem maximum incommodum viro infelicitate agenti, si socio refocillatore destituatur.

58. Qui vero conjunctim vivunt, etiam vitae suae prosperitatem sibiipsis duplicant; qui autem vitam societatis expertem ducit, horridum sibi ipsi vivendi genus adsciscit; nec experitur, quomodo etiam si quis insidietur hominibus inter se connexis, haud certo et temerario consilio utatur, et quomodo funiculus triplex non facile rumpi soleat. Super *Ecclesiasten*, cap. iv.

HAYMO.

59. Sicut bonorum consortium multum adjuvat, sic malorum societas frequenter multum nocet. Serm. *Dom. 9, post Pent.*

S. HIERON.

60. Tales habeto socios, quorum confabentio non infamatis. Epist. 2, ad *Nepotian.*

61. Inter vulgus sectare meliores, quia in omni conditione et gradu optimis mixta sunt pessima. *Ibid.*, epist. 4, ad *Rustic.*

62. Quid te mulieris delectat societas? quid fragilem et fulvalem ratem magnis committis fluctibus, et grande periculum navigationis incerta securus ascendit? *Prosec.*

63. Nescis quid desideres, et tamen sic ei jungeris, quasi ante desideraveris, aut, ut levissimi dicam, postea desideraturus sis.

64. Sed ad ministerium iste sexus est aptior. Elige ergo animum deformem, elige probate in Domino continentiae: quid te adolescentula, quid pulchra, quid luxuriosa delectat? Epist. 12, ad *Gaudentium*.

65. Sacularium, et maxime potentium, consortium devita. Epist. 13, ad *Paulin.*

66. Quamvis infinita vos cingat peccantium multitudo, et innumera sint exempla vitiorum: vos tamen ita coelestis nativitatis memores esse debetis, ut inter malos viventes, omne malum vincatis. Epist. 1, ad *Demetriad.*

67. Nulla societas, justorum societate melior. *De Laude Christ.*

68. Solatium est misero, socios habere paenitentium. Super *Deut.*, cap. 1.

69. Multum nocet mala societas, et multum juvat bona societas. Super *Ecclesiasten*, cap. 13.

70. Revera non erunt socii in gloria, qui noluerunt esse socii in miseria. Super I *Cor. 4.*

71. Certissima est prudentissimum virorum illa sententia, veram concordiam, et individuum societatem, nisi inter emendatos mores, ejusdemque virtutis, ac propositi viros stare non posse. Collat. 16, cap. 28.

72. Noveris te etiam in futuro saeculo eorum sorte censendum, cum quibus in hac vita in lucri detrimetive consortio, vel gaudio, vel merore nunc conculeris. Collat. 24, *Abbat. Abrahae*, cap. 11.

73. Melius est non habere hic societatem cum malis presentium bonorum; quam hic habere presentium bonorum, et pervenire ad perpetuum supplicium malorum. Homil. super *Psal. xxxiii.*

74. Male cum hoste conjungitur, qui separari sententia divina praecipitur; et sine utilitate ab inimico non separatur, qui perniciose hosti conjungitur. Serm. super illud *Gen. iii: Inimicitias ponam*, etc.

75. Rerum natura sic se habet, ut quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioretur, sed ex malo bonus contaminetur. Homil. 11 ex *Divers. in Matth.*

76. Diversitas rerum non potest habere consortium. *Ibid.*

77. Societatum conjunctio maxime nocere potest, taliumque societas innocentibus perniciem affert. *Ibid.*

78. Perdet res quaeque quod nascitur, si aliquando amulo copuletur. *Prosec.*

HUGO A.
VICTORE.

HUGO CALI.

JOAN. CLS.

S. JOANNES
DAMASC.JOAN.
TRIST.S. JOANNES
CHRYSOST.

S. ISID. HISP.

79. Si bonus malo connectitur, aut pates red-duntur, aut cito ab invicem separantur.

80. Nefas est jungere, quod natura copulari non patitur. Homil. super illud *Joan. iv: Veniet hora*, etc.

81. Inter socios dum servatur fides, perseverans societas invenitur. *Prosec.*

82. Tolle fidem, et societas inter homines non erit: sicut amicitia, ita fides societate consistit. Homil. 1, in dictum *Joan. xv: Vos amici mei estis*.

83. In humana societate, nihil consuetudine firmius, nihil constantius. Homil. 7, super I *Cor.*

84. Ubi quae majora sunt, nihil amplius ceteris habent, quam quod minoribus magis sunt obstricta, et sollicitudinem debent, et casus aequaliter omnes uniuscujusque perfero student, ibi magna profecto societas est. *Ibid.*, homil. 31.

85. Socios habere perditionis suae, et simul penarum, id gaudium execrabile omnino est. Homil. 10, super I *Timoth.*

86. Silet societas eorum, qui meritoris alieni participes sunt, doloris maximam partem sufferre. Homil. 1, super II *Tim.*

87. Quemadmodum cum qui ferendo oneri accedit socius, cum qui solus ferebat levissime dicitur: ita et in aliis omnibus hujusmodi societas ex miseratione profecta, vim maximam alleviationis habet. *Ibid.*

88. Societas potius et ebrietatis ineunt pluri-mi. *Ibid.*

89. Magnam bonorum virorum usum atque consuetudinem, utilitatem habet. Lib. 3, *Parall.*, cap. 71.

90. Rerum natura sic est, ut quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioretur, sed ex malo bonus contaminetur. *Prosec.*

91. Diversitas enim rerum nunquam potest habere concordiam, et multos sollicitat nefanda societas. Lib. 1, homil. 11, ad *Monachos*.

92. Multis nocuit societas mala, et qui delectatur habitare cum reprobis, non erit immunis a contagione peccati. *Ibid.*

93. Nihil pretiosius amico timente Deum, et nihil perniciosius socio, qui pravae est voluntatis. *Ibid.*

94. Facile decipitur juvenilis animus consortio perversorum. *De Inst. viae Sacerdot.*, cap. 1.

95. Nulla congregatio tam sancta exiit, quae malorum societatem non sit experta. Orat. 2, in *Conventu Abbat. habit.*

96. Tenenda est cum sanctis viris unitas charitatis: et quanto se quisque subtrahit mundo, tanto opus est, ut se associet bonorum consortio. Lib. 2 de *Summo bono*, cap. 3, sent. 6.

97. Qui a fraterna societate secerit, a divinae

charitatis participatione privatur. *Ibid.*, sent. 7.

98. Bonis te conjunge, bonorum consortium appetit, bonorum societatem require, sanctis individue adhaere. *Prosec.*

99. Si fueris socius conversationis, eris et virtutis. Qui cum sapientibus graditur, sapiens est: qui cum stultis, stultus est: similis enim similibus conjungi solet.

100. Infamiam tibi nutris, si indignis te sociaveris: melius est habere malorum odium, quam consortium. Lib. 2 de *Synonym.*, cap. 8.

101. Vita malos, cave iniquos, fuge improbos, sperne ingratos: a te fuga turmas hominum, qui ad vitia proni sunt. *De contemptu mundi*, vario *Vita*.

102. Haec est perfecta justitia, quae custodit humanam societatem. Lib. 6 de *divin. Inst.*, cap. 12.

103. Socialis hominis est, ac benefica natura, quae sola cognationem cum Deo habet. *Ibid.*, lib. 5, cap. 18.

104. Quod societas inter se hominum, et necessitudinis vinculum dissolvitur, ab ignorantia veri Dei nascitur. In *Epitome*, verbo *Duos*.

105. Nemo bonus secure cum malis habitat. *De triumphali Christi agone*, cap. 6.

106. Cum inimicis crucis Christi nulla consensione jungatur, ne impiorum consortio sanctitatis fidei polluat. Serm. 4, *Quadrag.*

107. Nunquam velis alicui in amore esse conjunctus, qui a divina fuerit societate divisus. Lib. 4, epist. 3, ad *G. Episc. Auximan.*

108. Etiam mundus sit quis in se, malorum tamen nonnunquam societate polluitur. Opusc. 27, cap. 4.

109. Semper similia similibus conveniunt, monachum monachis, clericum clericis, laicum laicis cohabitare. Lib. 1, epist. 16, ad *Pontium*.

110. Non eris socius multorum in malitia: quid si paucorum? imo ne unus quidem mali. Nam malus vel unus multiplex est vitis, cujus societas damnum affert maximum. *De Migrat. Abrahae*.

111. Qui impie vivit, abhorret a collegio bonorum. Super *Malach.*, cap. ii.

112. Prodest animae salutis societas bona, et nocet conventio prava. In *Hortulo Rosar.*, cap. 1.

113. Qualis unusquisque est, tales etiam socios diligit: devotus devotum, pudicus pudicum, sanctus sanctum, vagus vagum, dissolutus quirit dissolutum. *De discipl. Claustr.*, cap. 15, sect. 2.

114. Juvat bona societas, colloquens de Deo: nocet mala societas, fabulans de mundo. In *Hospit. pauper.*, cap. 3.

115. Si cum proximo habitas, esto sicut columna lapides, quae si injuriatur, non irascitur:

LACT. FIRM.

S. LAURENT.

JUSTIN.

S. LEO I.

S. PETERUS

DAM.

S. PETERUS

MAUR. ABD.

CLUNIAC.

PHILO JUD.

S. THEODOR.

THOMAS

A. REMPS.

IN VITIS

PATR.

si glorificatur, non extollitur. Lib. 7, cap. 42, num. 2.

416. Non mensure teipsam, sed adhaere bene conversanti. In *Senti.*, in fine positus, sent. 66.

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL.

117. Justo et temperato et bono qui se junxerit, melior in his ipsis bonis animi evadet. Sect. 29, *Problem.*, quaest. 40.

118. Viri et uxoris societas similis est optimatum potestati, pro dignitate namque vir praesidet, et in eis quae virum decet: quae vero uxori accommodantur, haec illi tribuit. Lib. 8, *Ethic.*, cap. 10.

419. Aequalis aequalem delectat, et ipsi familiares sodales sunt. *Ibid.*, cap. 12.

120. Societas amicabile quiddam est, cum inimicis enim in via quidem communicare volunt homines. Lib. 4, *Polit.*, cap. 11.

CICERO.

421. Omnium societatum nulla praestantior est, nulla firmiter, quam cum viri boni moribus similes sunt familiariter conjuncti: nihil enim amabilius, nec copulatus, quam morum similitudo honorum. Lib. 1, *Offic.*

EPICTETUS.

422. Scito, si sodalis pollutus fuerit, cum etiam quem is attigerit, necessario pollui, etsi parus ipse fuerit. In suo *Enchirid.*, cap. 45.

MIM. PUEL.

123. Comes facundus in via pro vehiculo est. In suis *Sentent.*, sent. 83.

SENECA.

424. Salva esse societas, nisi amore et custodia partium non potest. Lib. 2, de *Ira.*, cap. 31.

425. Tranquillitati inimicus est, comes perturbatus. De *Tranquillit. animi*, cap. 7.

426. Nullius boni sine socio jucunda possessio est. *Epist.*

427. Honestas et turpia, virtutis et malitiae societas efficiat. *Epist.* 31.

428. Cum bono viro vivendum est, non quando juvat, sed quando oportet. *Epist.* 104.

429. Qui aeque animo malis immiscetur, malus est. De *Moribus.*

Vide etiam tit. *Christianus*, sent. 107; *Familiaritas*, sent. 14; *Lux*, sent. 52; *Negare Deum*, sent. 40; *Peccatum in genere*, sent. 202; *Perversitas*, sent. 9, 24; *Senectus*, sent. 1, 2, 3.

SODOMIA.

S. BONAV.

Definitio. Peccatum contra naturam, seu Sodomia, est luxuria, qua naturalis usus coeundi maris et feminae dissipatur. Part. 1, *Centiloqui*, sect. 24.

JOAN. GERS.

Sodomia est vitium contra naturam, quo non observantur partes modi ad generationem idonei. In *Descript. terminor.*, cap. *Temperantia.*

S. PETRUS

Differentia. Si pessima est blasphemias, nescio in

quo sit melior Sodomia: illa enim facit hominem errare, ista perire. *Prosec.*

Illa a Deo animam dividit, diabolo ista conjungit: illa de paradiso se ejecit, ista in tartarum mergit. *Opusc.* 7, cap. 25.

S. ANTONIN.

Comparatio. Sodomiam assimilatur homicidio, quia utrumque destruit speciem humanam, quantum in se est, sed peiori modo sodomia. *Prosec.*

Nam homicida destruit separando animam a corpore, quae tamen remanet immortalis, et corpus demum reassumpsit: sed sodomia destruit impediendo ne sit homo, id est, ne generetur. Part. 2, tit. 5, de *Luxuria*, cap. 4, § 2.

S. ANTON.

Productio. Sodomiam vitium pestilentias generalit, et forte ista est causa quare in multis civitatibus Italiae frequenter superveniunt pestes, quia magis abundat tale vitium, quam in aliis. *Prosec.*

Et unus deditus huic vitio est tam inficitivus, ut sit sufficiens inferre totam unam civitatem. Part. 2, tit. 5, de *Luxuria*, cap. 4, § 2.

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS.

1. Ab ea parte corporis, quae ad generandum non est instituta, si etiam conjunge quisque utatur, contra naturam, et flagitiosum est. Habetur in *Glossa ord.*, super *epist. ad Rom.*, cap. 1 in illud: *Relicto naturali usu*, etc.

S. AUGUST.

2. Flagitia quae sunt contra naturam, ubique ac semper detestanda sunt, atque punienda: qualia sodomitarum fuerunt: violatur quippe ipsa societas, quae cum Deo nobis esse debet cum eadem natura, cujus ille auctor est. Lib. 3, *Confess.*, cap. 8.

3. Quisquis natura sua male utitur, malus esse judicatur. De *Spiritu et Anima*, cap. 40.

4. Nullum vitium ita contra naturam est, ut naturae deleat etiam extrema vestigia. Lib. 19, de *Civili Dei*, cap. 12.

5. Usus qui est contra naturam execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilis in uxore. De *Bono conjugal.*, cap. 11.

6. Illa est turpitudine, illa est immunditia, illa summa miseria, a qua Angeli fugiunt, quam demones videntes, oculos claudunt. *Prosec.*

7. O quam abominabile vitium! o quam detestabile crimen! o quam mortiferum damnium! o quam pessimum scelus! o quam inauditum et execrabile malum! *Serm.* 47, ad *Frates in eremo.*

8. Haec est illa sodomia, quam Deus odio summe habet, quam detestantur sancti, quam execrantur beati, quam fugiunt illi qui regnum Dei consequuntur eternum. *Ibid.*

9. Ipse Filius Dei, Rex totius curiae caelestis,

ita hoc vitium abominatur, ut videns illud in humana natura introductum, fere desit incarnari. Apud S. Antonin., part. 2, tit. 5, cap. 4, § 3.

S. BONAV.

10. Valde turpe est, naturae et rationi contrarium, ut homo immunditiam diligit, quam bruta declinant. *Prosec.*

11. O humana confusio! o detestanda perversio! ut immunditiam, quam detestatur brutum, amplectetur homo. *Serm.* 4, de *SS. Apostolis.*

12. Vitandi sunt cum masculis nefandi concubitus, et infrugiferae sationes: natura enim masculum non ad semen suscipiendum, sed ad id effundendum virum fecit. Lib. 2 de *Pedag.*, cap. 10.

S. CYPRIAN.

13. Impudicitia etiam extraordinaria et portentosa contra ipsam naturam, ex viris per viros monstra conquirunt. De *Bono pudicit.*, cap. 2.

S. HIERON.

14. Superbia, saturitas, rerum omnium abundantia, otium, et deliciae, peccatum sodomiticum est. Lib. 5, cap. 16, super illud *Luc.* xiv: *Omnis qui se exaltat, etc.*

15. Nocte illa qua Christus natus est, omnes qui reperiuntur illo vitio laborantes, mortui sunt subito: non enim voluit pati tantam ignominiam reperi in natura nostra, quam assumpserat. Apud D. Antonin., part. 2, tit. 5, cap. 4, § 2.

HUGO CARD.

16. Sodomiam hominem ignominiosum reddit et abominabilem, propter tenacitatem et magnitudinem flagitii. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 1.

S. AUGUST.

17. Flamma gehennalis moram non sustinens, execrabilem istam prevenit tollere nationem, alios enim peccatores expectat. *Ibid.*

S. INNOC. III.

18. Quid hoc sodomiae turpitudinem operantibus turpius? quid hoc crimine crinosius? Lib. 2, de *Contemptu mundi*, cap. 24.

S. JOAN.

19. Sodomites non solum dogma habent satanicum, sed et vitam agunt prorsus diabolicam. *Serm.* 4, super *Epist. ad Rom.*

CHRYSOST.

20. Eum usum, qui juxta naturam est, ignominia facientes, deflectunt in eum qui contra naturam est. *Ibid.*

21. Certum est difficilliora esse, et turpiora, quae praeter naturam sunt: ita ut nequeant homines aliquam voluptatem sentire: genuina siquidem et vera voluptas est, quae juxta naturam est. *Ibid.*, etc.

22. Extremae perditionis argumentum est, quando utrumque et virorum ac feminarum genus corruptum esse in hoc peccato deprehenditur. *Ibid.*

23. Quemadmodum saepe fit, ut multi naturali ac consueto corporis alimento relicto, terra parvisque lapillis vescantur, et alii vehementi siti correpti saepe putridi ceni desiderio miris modis afficiantur: sic habent et illi, qui ad illegiti-

mum illum, qui contra naturam est, amorem firibundi anhelant. *Ibid.*

24. Quando hominibus illa tam absurda libidinis adventit vehementia, signum est quod illos Deus dereliquit: a Deo enim derelinquuntur, quia per iniquitatem illum prius dereliquerant. *Ibid.*

25. Quid viro constuprato detestabilis? quid scelestus? o dementiam! o insaniam! o brutis irrationabiliores, canibusque impudentiores! *Ibid.*

26. Unde irrepsit petulantia et lasciva illa concupiscentia, tam hostiliter humanae adversa naturae (imo tanto hostiliter periculosioris, quanto corporibus potior est anima) nimirum ex deliciis, atque ignorantia Dei? *Ibid.*

27. Plerique inveniuntur fastiditis mulieribus, irrationalibus copulari bestiis, vel contumeliam inferre mortibus. *Ibid.*, *serm.* 9.

28. Quae juxta naturam fiunt, majoris sunt voluptatis, quam quae praeter illam committuntur. *Ibid.*

29. Quid delectabilis mulieri ne, an maribus commisceri? invenies tamen monillos, feminis rejectis, marium corpora summa injuria purpureare. *Serm.* de *Anore Dei*, etc.

30. Metuo delicias sodomitarum, ne sodomica patiaris incendia. *Homil.* de *Militia christiana.*

31. Discede ab omni luxuria, et omnem ignium sodomiticorum fontem in temetipso victo exingue. *Ibid.*

32. Sodomiam amor nequissimus est, morbus acerbis atque insanabilis, pestis teterrima atque omni pernicie immanior et gravior. Lib. 1, *Advers. vituperat. vitae monast.*

33. Omnes quidem cupiditates ignominiosae sunt, maxime tamen erga viros virorum insaniam. *Serm.* 4, super *Epist. ad Rom.*

34. Adulteria cave, et masculi insanam cubile. De *Ira Dei*, cap. 22, verho graeco *φερε*, post sihyllam.

35. Mares admiscuit diabolus maribus, et nefandos coitus contra naturam, contraque institutum Dei machinatus est. Lib. 6, de *Divin. Inst.*, cap. 23.

36. Non potest haec res pro magnitudine scelestis enarrari: nihil amplius istos appellare possum, quam impios et parricidas, quibus non sufficiat sexus a Deo datus, nisi et suum sexum profane ac petulantiter illudant. *Ibid.*

37. Immanitate cruenti ac sceleratissimi criminis vestri adulteros vincitis, homicidas exceditis, raptores, sacrilegos, parricidas, incestos, aliqua omnium pene reorum flagitia superatis. *Opusc.* 6, cap. 37.

LACT. FIRM.

S. PETR. DAM.

38. O scelus inauditum! o facinus lacrymarum fonte lugendum! si hi morte plecendi sunt, qui facientibus ista consentiunt: quod dignum illis poterit excogitari supplicium, qui cum suis spiritualibus filiis hec mala extrema damnatione puniendi committunt? *Ibid.*, opusc. 7, cap. 6.

39. Ut mihi videtur, tolerabilis est cum pende, quam cum viro in luxurie flagitium labi. *Prose.*

40. Quanto videlicet levius iudicatur quemlibet solum perire, quam secum quoque alium ad inferitus perniciem trahere.

41. Miserabilis quippe conditio est, ubi sic unius ruina pendet ex altero, ut dum unus ex-tinguitur, alter in mortem necessario subsequatur. *Ibid.*

42. Hoc vitium nulli prorsus est vitio conferendum, quod omnium immanitatem superat vitiorum. *Prose.*

43. Hoc signum vitium, mors est corporum, interitus est animarum: carnem poluit, mentis lumen extinguit, Spiritum sanctum de templo humani pectoris eiecit, incoentorem luxurie diabolum introductit.

44. Mittit in errorem, subtrahit decepte menti funditus veritatem: eunti laqueos preparat, cadenti puteum ne egrediatur oppilat.

45. Infernum aperit, paradisi januam claudit: abscondit membrum ecclesie, et in vorax projicit gehennae estuantis incendium.

46. Hoc vitium supernae patriae muros conatur evertere, et rediviva exusta Sodome satagit men-
nia reparare.

47. Hoc est, quod sobrietatem violat, pudicitiam necat, castitatem jugulat, virginitatem (quae irreperabilis est) spurcissimae contagionis m-
cronae trucidat.

48. Omnia foedit, omnia maculat, omnia poluit: et quantum ad se, nihil purum, nihil a sor-
dibus alienum, nihil mundum esse permittit. *Ibid.*,
cap. 16.

49. Animadvertet, miser, quam densa te, caligo
caecitatis involvat: in virilem sexum furor te li-
lidinis impellit: in tuam te speciem, hoc est, vir-
um luxurie rabies incitat. *Ibid.*, cap. 17.

50. Hoc perdit homines perpetrare non metunt,
quod ipsa quoque bruta animalia perhorrescent.
Prose.

51. Quod ab humane pravitatis temeritate com-
mittitur, irrationabilium pecorum iudicio con-
demnatur. *Ibid.*

52. Vae tibi infelix sodomita, de cuius interitu
tristantur Angeli, insultant plausibus inimici,
factus es praeda demonum, rapina crudellum,
spolium impiorum. *Ibid.*

53. Pestis illa gomorrhiana nunc inhabitatioe
tui corporis vivit, quae domum Joab crudelis ho-
micidii ultione damnavit. *Ibid.*, cap. 18.

54. Nulla religio, nulla sane mortificatio, nulla
vite perfectio oculis superni iudicis digna decer-
nitur, quae tam turpis immunditia sordibus in-
quinatur. *Ibid.*, cap. 21.

55. Quos muneardor sodomitice libidinis vexat,
post modum etiam cum ipsis totius iniquitatis
ancore flamma perpetuae combustionis exuret.
Ibid., cap. 22.

56. Infame est, et teterrimum sodomiae pecca-
tum, quod castis naribus nimium folet. Lib. 6,
super *Genes.*, cap. 2.

57. Omnium vitiorum; quae ad luxuriam per-
tinent, pessimum est quod contra naturam est.
2, 2, quest. 154, art. 42.

SENTENTIA PAGANORUM.

58. Quando masculi cum masculis copulantur,
aut feminis feminas, summum audacissimum-
que facinus est praeter naturam, voluptatis foeda
intemperie turpissimum. Syzygia 4, lib 4, de
Legib.

SOL.

SENTENTIA PATRUM.

1. Solis radius nulli proprius, nulli longinquior
est, aequalis est omnibus. *Prose.*

2. Similis sol et Indis et Britanni eodem mo-
mento videtur, cum oritur.

3. Nec cum vergit in occasum, minor apparet
Orientalibus, quam Occidentalibus: nec Occiden-
talibus cum oritur, inferior quam Orientalibus
estimatur. Lib. 4, in *Hexam.*, cap. 6.

4. Sol a nullo distat, nulli praesentior, nulli
absentior est. *Ibid.*

5. Si vis magnitudinem solis, non solum oculo
mentis, sed etiam corporis aestimare, considera
quanti stellarum globi axem colli videantur ob-
texere, et innumeris insignire luminibus; non
quoniam tamen tenebras noctis, et oculi nubila de-
tergere. *Prose.*

6. Simul ut sol ortus sui signa promiserit, om-
nes stellarum ignes sub unius luminaris fulgore
vanescunt: aperitur aer, collicque facies purpura-
canti robore perfunditur. *Ibid.*

7. Si sol unus est, non sunt duo: non hic et
sol lucret, et nox est. Lib. 3, *contra Academ.*, cap.
13.

8. Nihil inter visibilia pulcherrimum invenitur sole.
De Morib. Manich., cap. 8.

9. Per diem sol principatum tenet, luna vero
per noctem. Lib. 4, de *Genesi, contra Manich.*,
cap. 14.

10. Dupliciter errat qui desiderat alterum so-

REP. ER.

S. THOMAS AQUINAS.

PLATO.

S. AUGUSTINUS.

Jem et lunam vult detrahi. Lib. 3, de *Lib. Arb.*,
cap. 6.

11. Christiani non sunt, qui solem et lunam,
non modo diligendos, sed etiam colendos putant.
De Morib. eccles., cap. 29.

12. Luna non augetur ad oculos nostros, nisi a
sole recedendo; neque mimitur, nisi ad solem
ex parte alia propinquando. *Epist.* 119, cap. 4.

13. Aliter absorbet terra aquam sitiens, aliter
solis radius candens: illa indigentia, iste poten-
tia. *Epist.* 49, quest. 1.

14. Totus circuitus solis verius nuncupatur, non
ab Oriente usque in Occidentem, sed ab Oriente
usque ad Orientem. *Epist.* 8.

15. Sol praesentia sua facit diem, noctem vero
absentia. Lib. 1, de *Gen. ad lit.*, cap. 10.

16. Per tenebrarum diuturnitatem mutati ocu-
li, mutatum solem sentiunt. *Annot. in Job*, cap.
10.

17. Tanto magis luna lucret terrenis aspectibus,
quanto magis recedit a sole; cum autem propin-
quat soli, interimitur terris. *Ibid.*, cap. 25.

18. Non oportet solem vituperare, quoniam
quidam peccantes, poni a iudicibus jubentur ad
solem. Lib. 12, de *Civit. Dei*, cap. 4.

19. Sol oculis sauciatis ex delectabili molestus
efficitur, cum ipse apud seipsam maneat idem
qui fuit. *Ibid.*, lib. 23, cap. 1.

20. Cum Dominus crucifixus est, solis observa-
tio non ex canonico siderum cursu accidit, quia
tunc erat Pascho Judaeorum, quod plena luna so-
lem inter agit: regularis autem solis defectio,
non nisi luna fine contingit. *Ibid.*, lib. 3, cap.
15.

21. Radius solis et luna terra contingitur, nec
istam contemnat lucem. *Ibid.*, lib. 9, cap. 16.

22. A sole luna recedit: et ad solem rursus ac-
cedit. Lib. 20, *contra Faust.*, cap. 8.

23. Musica sole praesentior est, quia vivit. *De*
duob. Animab., cap. 4.

24. Ne adoratores solis amplius tumescant,
sciunt significari Christum per solem, cuiusdam
similitudinis causa, non proprietatis substantia.
Lib. 12, *contra Faust.*, cap. 12.

25. Pulchrior est iste sol, quam pecunia tua, et
tamen iste sol non est Deus tuus. *De Discipul.*
Christ., cap. 9.

26. Nube tegitur sol, non ut obscuretur, sed ut
temperetur. *Tract.* 34, super *Joan.*

27. Lumen quod fecit solem, sub fecit et nos,
factum est sub sole propter nos. *Ibid.*

28. Sol videntis faciem illustrat et caeci ambo
faciem ad solem habentes illustrantur in carne,
sed non ambo illuminantur in aeternitate. *Ibid.*, *tract.*
35.

29. Deus lux est longe praesentior, quam sol.
Tract. 4, super *Epist. Joan.*

30. In cordibus nostris habitat sol iustitiae per
fidem: si ergo irascaris, ne occidat sol iste in
corde tuo super iracundiam tuam, ne forte
irascaris, et occidat tibi sol iustitiae, et in tene-
bris remaneas. *Homil.* 45, ex *Quinquag. homil.*,
cap. 6.

31. Sol iste corruptioni subjectus, adeo pulcher
est, adeo magnus, velocissimus quidem motu,
suas autem peragens ordine decentissimo perio-
dos, moderata quidem ad universum praeditus
magnitudine, ut haud quaquam proportionem
toti reliqua machinae admensuratum transgredia-
tur. *Homil.* 6, de *Creat. luminarium.*

32. Sol est quasi quidam oculus splendidus
creaturam ipsam conddecorans. *Ibid.*

33. Sol propinquior est nemo, remotior ne-
mo: sed aequali semper intervallo cunctis homi-
nibus ipse quosecumque tractus telluris habitat,
obivium se offert. *Prose.*

34. Neque enim iis qui orientis habitant regio-
nes, sol occidens magnitudinem suam imminuit:
neque ab iis qui regiones occidentis incolunt, mi-
nor exoritur unquam conspiciunt. *Ibid.*, *homil.*
6, *Hexam.*

35. Sol non omnes quibus lucret, etiam calefa-
cit. *Serm.* 23, super *Cant.*

36. Claritas lunae, non nisi a sole est. *Serm.* 27,
super *Canticum.*

37. Sol omnes stellas splendore sui fulgoris ob-
tundit, et contegit. Lib. 9, *Recognit.*

38. Avelle radium solis a corpore, divisionem
lucis unitas non capit. *De Unit. Eccles.*

39. Solis radius non est diversus, et tamen cum
diversis non sit, diversa sunt quae in Into opera-
tur et cera: quia uno eodemque sui ignis calore
lutum durat, et ceram liquat. *Homil.* 17, super
Ezech.

40. Sol post pluviam clarior fulget. Lib. 3, de
Claustro tuam., esp. 7.

41. Sancti dicuntur soli, quia non mutantur,
quia sunt lucidi, quia sunt calidi, quia sunt ro-
tundi per simplicitatem. *Super Psalm.* lxxiii.

42. Quotidianus ortus et occasus solis, quid
aliud est quam mundi interitus? quia autem per
occultas vias oritur et occidit, quid aliud demon-
strat, nisi quod humana vita labitur, dum nescitur?
Super Ecclesiasten, cap. 4.

43. Quatuor proprietates inveniuntur in sole. Claritas in substantia, quia ignea est et lucida; impassibilitas in natura, quia perpetua consistit, et incorrupta; subtilitas in radio, quia sine obsta-
culo penetrat vitrum; agilitas in motu, quia

S. BASILIUS
MAGNUS.

S. BERNARDUS.

S. CLEMENS
PAPA.

S. CYPRIANUS.

S. GREGOR.
MAGNUS.HUGO A S.
VICTORE.

HUGO CARD.

S. INNOC. III.

